



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CDXIX. Papst Leo X. bestätigt eine von Heinrich Elling und Jacob Schönemark zu Stendal in der Kirche des Katharinen-Klosters gestiftete Kommende, am 14. April 1516.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

to eynem wedderkope deme erfamen ghert Conen, Margreten, syner eeliken huffrowen, aren twiger rechten erven vnde erves nakamelinghen effte hebben desses brives myth aren willen eyne mark Stendalscher weringhe alle jar up lichtmissen aver eyne hove landes achteyn stucke breth, ghenomet dat Kusel, vnde belegghen twisschen hinrich kieberghes vnde symon coppe johans, myth aller tobehoringhen, wiske, weide, holtinghe, neynerleye buten bescheiden quith vnde frigh vor alle pleghe vnde vnpleghe, dikent, dament, dick rident, dick wackent, czise, grosschen schot, edder wo men dath nomen muchte etc. — — Vorder bekenne ick Olde Albrecht Osterholte myt sampt mynes broder kinder: Junghe Albrecht vnde Hans, alle Osterholten ghenomet, so wy dath gherichte aver den varbenomeden acker vnd wisken hebben, den genanten hinrik kater ghegunt vnd vorlovet haben, sodans den Erfamen Ghert Conen to vorfettende vnde den synen alles wo vorberodt ifs, des to orkunde, witscap vnde grotern ghelowen hebbe wy alle vnse Inge- segel witliken laten hanghen vor vnfs vnde vnse eruen an dessen apen briff. Gheuen vnde schreuen nach Christi vnfs hern gheborn duzendt vieffhundert in deme sesteteynten Jar, Am daghe Conuer- sionis pauli.

Aus einer Mittheilung des Herrn Pastor Bartsch in Seehausen.

CDXIX. Papst Leo X. bestätigt eine von Heinrich Elling und Jacob Schönermark zu Stendal in der Kirche des Katharinen-Klosters gestiftete Kommende, am 14. April 1516.

Leo, episcopus, servus servorum dei etc. — Sane pro parte dilectorum filiorum Henrici Elling et Jacobi Schonremarke, laicorum, Incolarum et habitatorum Opidi Stendaliensis, Halberstadensis diocesis, ac dilectarum in christo filiarum, ipsorum Henrici et Jacobi vxorum, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias ipsi cupientes terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare ac animarum suarum omniumque de eorum familijs et generationibus defunctorum saluti providere, de bonis eis a deo collatis in ecclesia Monasterij Monialium sancte Catherine ordinis sancti Augustini Canonicorum regularium Opidi et diocesis predictorum Vnam perpetuam Capellaniam seu Vnum perpetuum simplex beneficium ecclesiasticum commendam nuncupandum ad Altare sanctarum Marie Virginis, Crucis, Catherine et beati Laurentij Martiris et omnium sanctorum iam forsitan constructum seu construendum erigi et institui illamque et illud sufficienter, videlicet Septingentis florenis monete illius patrie, quibus ex bonis stabilibus Triginta quinque floreni annui census emi et comparari possint, dotare illique domum propriam dare et assignare summopere desiderant, dummodo ius patronatus et presentandi personam in presbyteratus ordine aut in tali etate constitutam, quod infra Annum ad sacerdotium promoueri possit, ad Capellaniam uel simplex beneficium huiusmodi, dum pro tempore uacare contigerit, Henrico et illius vxori, quoad uixerint, et deinde Jacobo prefatis et dilecte in christo filie Catherine etiam eius vxori ac dilectis filijs Arnolfo, Laurentio, Jacobo et Ambrosio, illorum filijs legitimis et naturalibus et illis uita functis Priorisse dicti Monasterij pro tempore existenti per Priorissam gubernari soliti et illius Conuentui concedatur et reseruetur. Quare pro parte Henrici et Jacobi ac vxorum predictorum

nobis fuit humiliter supplicatum, ut vnam perpetuam Capellaniam seu vnum perpetuum beneficium ecclesiasticum ad dictum Altare constructum seu construendum sub Inuocatione huiusmodi pro vno perpetuo Capellano seu beneficiato ad ipsum altare erigere et instituere ac illi pro eius dote Septingentos florenos similes seu ex illis Triginta quinque florenos perpetui Annu census emptos seu emendos perpetuo applicare et appropriare dictamque domum dare et assignare ac ius patronatus et presentandi ad Capellaniam uel beneficium tunc erectum huiusmodi eundem Arnoldum etiam Schonremarke clericum dicte diocesis primo et deinde, quotiens perpetuo uacare contigerit, personam ydoneam in sacerdotio seu in tali etate, quod infra Annum ad sacerdotium promoueri possit, constitutam per infra scriptos patronos ad eorum nutum et libitum ponendam et amouendam Henrico et eius uxori et deinde Jacobo et Catherine eius uxori ac Arnoldo, Laurentio, Jacobo et Ambrosio illorumque filijs legitimis et naturalibus et illis uita functis Priorisse pro tempore existenti et Conuentui prefatis perpetuo concedere et referuare, quodque Capellaniam seu beneficium huiusmodi pro tempore obtinens aut ad illam uel illud presentatus et per loci ordinarium institutus pro tempore apud ipsum Monasterium in domo ad illam uel illud tunc pertinente personaliter residere et singulis Ebdomadis Quatuor Missas uidelicet primam Secundis pro defunctis et Quartis Secundam de sancto Laurentio, et Tertijs (pro: Tertiam) sextis ferijs, de sancta Cruce, ac Quartam die sabbati de Virgine Maria celebrare, Quinta in Ebdomada ad Altare maius ecclesie et Monasterij huiusmodi cum Monialibus dicti Monasterij iuxta ipsius ecclesie uel Monasterij consuetudinem singulis diebus Missas decantare teneatur, sitque particeps omnium emolumentorum et quotidianarum distributionum presentium et futurorum cum ceteris presbyteris inibi beneficiatis et commendatis, dictisque Arnoldus primus presentandus et instituendus infra Tres Annos post adeptam possessionem apud eam personaliter residere minime teneatur, sed satis sit, ut illi modo premisso in diuinis per alium deferuiatur et tamen ad eius uitam singulis Ebdomadis ad Tres Missas et ad Quartam Septimanam dumtaxat oneratus existat, reliqui uero Capellani uel beneficiati ad ipsum Altare fundationi huiusmodi se conformare debeant: et si aliquos census redimi contingat, tunc summa capitalis per dictam Priorissam de consilio proconsulum et prouisorum eiusdem Monasterij ad annum redditum rursus apud fide dignos applicetur et applicari debeat, perpetuo statuere et ordinare ac alias in premisis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur — huiusmodi supplicationibus inclinati, vnam perpetuam Capellaniam seu vnum perpetuum simplex beneficium ecclesiasticum ad dictum Altare constructum seu construendum sub Inuocatione huiusmodi pro vno perpetuo Capellano seu beneficiato in dicta ecclesia sine alicuius preiudicio auctoritate apostolica tenore presentium erigimus et instituimus etc. — Datum Rome apud Sanctumpetrum, Anno Incarnationis dominice Millefimo quingentesimo sexto decimo, Decimo octauo kal. Maij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Aus einer vom Herrn Prediger Bartisch nach dem Original mitgetheilten Abschrift.